



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Conciliis Generalibus Approbatis Ac Reprobatis Breve Compendium.

Longo, Francesco

Romae, 1624

§ 6. Falsificantes litteras Apostolicas, aut supplicationes à quocunque auctoritatem habente signatas falsò fabricatas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10467

sine auctoritate imponunt gabellas, sunt excommunicati exigentes, & accipientes à spontè solventibus. Tol. Non prohibentur autem hic onera & tributa, quatenus essent stipendium iustum pro aliquo negotio: utpote, si indigeret Clericus, vel duce via, vel nauicula ad transeundum in flumine, tunc iustè exigere- tur merces, & stipendium ducatus via, vel nauta. Caict. hic. cap. 39.

S. 6.
**Falsificantes litteras Aposto-
 licas, aut supplicationes à
 quocunque auctoritatem
 habente signatas falsò fabri-
 catas.**

Item excommunicamus, &
 anathematizamus, omnes fal-
 sarios litterarum Apostolica-
 rum, etiam in forma Breuis,

R 4 ac

ac Supplicationum gratiam,
 vel iusticiam, concernentium,
 per Romanum Pontificem,
 vel S.R.E. Vicecancellarios,
 seu gerentes vices eorū, aut
 de mandato eiusdem Romani
 Pontificis signatarum: necnon
 falsò fabricātes litteras Apo-
 stolicas, etiam in forma Bre-
 uis, & etiam falsò signantes,
 Supplicationes huiusmodi
 sub nomine Romani Pontifi-
 cis, seu Vicecancellarij, aut
 gerentium vices prædictorū.

*Forma brevis. Communiter
 dicitur, has esse litteras, que
 à solis secretarijs conficiun-
 tur, & per Papam signan-
 tur in cera rubea annulo pis-
 catoris.*

*Hanc censuram incurrunt
 quicumque falsauerint, etiam
 si non utantur. Incurrunt e-
 tiam, qui falsificant supplica-
 tiones, gratiam, vel iusti-
 tiam*

tiam concernentes, per Romanum Pont. aut per Vicecancellarium, aut per eorum Locumtenentes, aut de Romani Pont. auctoritate signatas.

Item, falsò fabricantes Litteras Apostolicas, etiam in forma Breuis.

Item, falsò signantes supplicationes huiusmodi, sub nomine Romani Pont. seu Vicecancellarij, aut eorum Vicesgerentium. Qui verò habent tales litteras falsas, eis tamen non utuntur, non incidunt in hanc excommunicationem: nisi tamen intra viginti dies, postquam sciuerint esse falsas, eas lacerauerint, aut resignauerint, sunt excoicandi per Ordinarium (et semel excommunicati, non possunt nisi à Papa absolui.) non autem sunt ipso facto excommunicati. Ita habetur in cap. duca. de crim. falsi. In quo capi-

te excommunicati sunt ipso iure, qui litteras Apostolicas accipiunt ab alio, quàm à manibus Papæ, vel Officialium: nisi sint magnates, qui per intermiciũ possũt accipere. Tol.

§. 7.

Deferentes arma, & alia vsui belli idonea ad Turcas, vel alios Christiani nominis inimicos: & ad Resp. Christiana statum pertinentia iisdem in damnum Christianorum nunciantes.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Saracenos, Turcas, & alios Christiani nominis hostes, & inimicos, vel Hæreticos per nostras, siue huius Sanctæ Sedis sententias expressè & nominatim declaratos, deferunt, seu transmittũt equos, arma, ferrum, filii ferri, stannũ, chalybem, omniaq;
alia